

certius seremus qz videamus . qz in deo  
conspicimus incommutabilem formam  
iusticie . secundum quam hominem viue  
re oportere iudicamus . Valet ergo si  
des ad cognitionem et ad dilectionem dei  
non tanquam omnino incogniti . aut om  
nino non dilecti . sed quo cognoscatur  
manifestius . et quo firmius diligatur .

**Q**uid est autem dilectio vel car  
tas quam tanto opere scriptu  
ra diuina laudat et predicit .  
nisi amor boni . Amor autem alicuius  
amantis est . et amore aliquid amat  
Ecce tria sunt . amans . et quod amat  
et amor . Quid est ergo amor nisi que  
dam vita . duo aliqua copulans . vel co  
pulare appetens . amantez scilicet et qd  
amat et hoc etiam in extremis carna  
libus qz amoribus ita est . sed ut aliquid  
purius et liquidius hauriamus . calcata  
carne ascendamus ad animum . Quid  
amat animus in amico nisi amicum ? et  
illuc igitur tria sunt . amans . et qd ama  
tur . et amor . Restat etiam hinc ascen  
dere . et superius ista querere . quantum  
homini datur . Sed hic paululum requi  
escat intentio . non ut se iam existimet in  
uenisse quod querit . sed sicut solet inue  
miri locus . ubi iam querendum est ali  
quid nondum illud inuentum est . ubi  
queratur . ita hoc dixisse sufficerit . ut  
tanquam ab articulo alicuius exordij  
cetera conteramus .

**E**xplicit liber octauus de trinitate .

**I**niciunt capitula libri nomi.